



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

12 Vtrum pueri infidelium sint inuitis pare[n]tibus baptizandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quidam cōpetentes Iudæis absolute, vt sunt libri testamenti veteris, & expositiones eorum: & hi proculdubio relinquendi sunt Iudæis. Quidam editi ad confouendam suam perfidiam contra Iesū Christi diuinitatem, ne conuertantur Iudæi ad Iesū Christi fidem, sed persistant in sua perfidia obstinati: & ij libri si facultat adit, sunt per

Lib. 2. cap. 4. parum an. c. mediū to. 1

Ecclesiam comburendi. Et est ratio differentie inter cultum, & istos libros: quia cultus Iudeorum est quasi testis fidei nostræ, sicut figura veritatis, & vmbra corporis, vt in litera dicitur: & ideo merito tolerandus. Libri autem isti directe blasphemii sunt, & totaliter mendaciis pleni contra filium Iesū Christi: & propterea non tolerandi sunt, si supprimi possunt. Vnde auctor in articulo dicit, quod infideles compellendi sunt, vt fidem non impediatur blasphemis, vel malis persuasionibus. Constat enim tales libros & blasphemis & malis persuasionibus contra fidem esse plenos. Et in ar. 10. de Iudæis dicit, quod cum Iudæi sine serui Ecclesiæ potest Ecclesiā deponere de rebus eorum: ita quod Ecclesiā contra omnes infideles ex prima ratione, & contra Iudæos etiam ex ratione seruaturis potest libros huiusmodi supprimere.

Super Questionis decime Articuli duo decimum.

q. 68. artic. 10. Et quod. 2. q. 4. artic. 1. Et quod. 3. q. 5. artic. 1. Cor.

IN art. 12. eiusdem quaest. dubium duplex occurrit de conditione: Primum ex scoto, de pueris infidelium vniuersaliter: secundum ex Durando de pueris infidelium aliquorum, scilicet Iudæorum, & seruorum. Scotus siquidem in 4. dist. 4. quaest. vltima tenet, quod princeps beneficeret, si pueros infidelium inuitis parentibus baptizaret, adhibita cautela ne sequerentur homicidia, & quod nutrierentur religiose. Et ratio sua est, quam autor tangit in quarto argumento, quia scilicet Deus habet ius dominij supra pueros magis quam parentes. ergo vinculum potestatis paternæ non obligat in his, quæ sunt contra præceptum Dei. Non ergo propter inuitos parentes prohibentur pueri a fide Dei.

Et confirmatur: quia princeps debet cogere seminum plurimum subordinatorum dominorum ad seruitum superioris, si inferior dominus vult eo vti contra superiorem, ergo maxime debet princeps zelare pro domino seruando supremi domini, scilicet Dei: & per conuequens non solum licet, sed debet princeps auferre paruos a domino paruum volentem eos educare contra cultum Dei. Durandus vero in 4. sent. dist. 4. q. 3. art. 1. tenet, quod licet non omnium, tamen eorum infidelium, qui sunt serui, licet filios inuitis parentibus baptizare, auferendo eos a parentum cura. Et ratio sua est illa, quam in secundo argumento autor in litera facit, scilicet quod de filiis seruorum potest dominus face-

qua mala peiora incurrantur, sicut Augustinus dicit in libro * de ordine: Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus. Sic ergo quamuis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt vel propter aliquod bonum, quod ex eis prouenit, vel propter aliquod malum, quod vitatur. Ex hoc autem quod Iudæi ritus suos obseruant, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus, hoc bonum prouenit, quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura a nobis representatur quod credim⁹, & ideo in suis ritibus tolerantur. Aliorū verō infidelium ritus, qui nihil veritatis, aut vtilitatis afferunt, non sunt aliquo modo tolerandi: nisi forte ad aliquod malum vitandū, scilicet ad vitandum scandalum, vel dissidiū, quod ex hoc posset prouenire, vel impedimentum salutis eorum, qui paulatim sic tolerati conuertuntur ad fidem. Propter hoc. n. etiā hereticorum, & paganorum ritus aliquando Ecclesiā tolerauit, quando erat magna infidelium multitudo. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XII.

Utrum pueri Iudæorum & aliorum infidelium, sint inuitis parentibus baptizandi.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod pueri Iudæorū & aliorū infidelium sunt baptizandi, parentibus inuitis. Maius enim est vinculum matrimoniale, quam ius patriæ potestatis in puero, quia ius patriæ potestatis potest per hominem solui,

te quod vult ac per hoc potest eos vendere, & longe, ac per hoc auferre a cura parentum: & merito puzari. Et quoniam Iudæi sunt serui inuitis, auctor dixit, & extra de Iudæis, capit. Et si Iudæi de filiis Iudæorū sequitur, quod sunt inuitis

cum filius familias emancipetur: vinculum autem matrimoniale non potest solui per hominem, secundum illud Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet: sed propter infidelitatem soluitur vinculum matrimoniale. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 7. Quod si infidelis discedit, discedat: non enim seruatur subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. Et Canon dicit, quod si coniux infidelis non vult sine contumelia sui creatoris cum altero stare, tunc alter coniugū non debet ei cohabitare, ergo multo magis propter infidelitatem tollitur ius patriæ potestatis in suos filios. possunt ergo eorum filij baptizari eis inuitis.

¶ 2. Præter magis debet homini subueniri circa periculum mortis eternæ, quam circa periculum mortis temporalis: sed si aliquis videret hominem in periculo mortis temporalis, & ei non ferret auxilium, peccaret. cum ergo filij Iudæorum, & aliorum infidelium sunt in periculo mortis eternæ, si parentibus relinquuntur, qui eos in sua infidelitate informant, videtur quod sint eis auferendi & baptizandi, & in fide instruendi.

¶ 3. Præter filij seruorum sunt serui, & in potestate dominorum: sed Iudæi sunt serui regum & principum. ergo & filiorum. Reges ergo & principes habent potestatem de filiis Iudæorum facere quod voluerint. nulla ergo erit iniuria, si eos baptizent, inuitis parentibus.

¶ 4. Præter. Quilibet homo magis est Dei a quo habet animam, quam patris carnalis a quo habet corpus. non ergo est iniustum si pueri Iudæorum carnalibus patribus auferantur, & Deo per baptismum consecrentur.

¶ In hoc, an secundum naturalem iustitiam potest subfiste eorum cura, quod ad diuina excedat, manifestum est esse verum, quoniam siue naturaliter siue per propriam rationem ita puer per parentem pertinet ad Deum. Sed questio est, an propter abiectionem patris naturalis priuari possint, aut debeat potestatem naturali iure. Scotus siquidem ad hoc tendit, quod non pertinetur iure suo, quia nutritur filios ad cultum patriæ Deum: ideo princeps debet eos priuare cura patris, quod est, quod conuenit ius Dei contra ius patris: illo contra Deum, potius quam econtra, vt. Dicitur enim cum contumelia Dei. Hic, ordo pateris est, vt. Dicitur etiam, opus est duplici distinctione. Primum est, quod dominus potest dominum inferioris referri ad dominum a quo est omne inferius dominum, & ad superioris referri ad ipsum conuenit, & potest referri ad ipsum conuenit, a quo est illius dominum. Et in proposito, referuntur supra paruos suos potest referri ad ipsos

potest referri ad Deum, qui instituit ius naturale, quo parentibus conuenit hoc dominium. Secunda est, quod dominium, seu mandatum supremi domini, quod per seipsum mandat, seu exercet, dupliciter potest institui. Primo vt salus domini inferiorum impleatur: secundo, vt non obstantibus inferioribus ordi-

5 Præterea. Baptismus efficacior est ad salutem, quam prædicatione: quia per baptismum statim tollitur peccati macula, reatus poenæ, & aperitur ianua cœli: sed si periculum sequitur ex defectu prædicationis, imputatur ei, qui non prædicauit, vt habetur Ezech. 3. & 33. de eo qui videt gladium venientem, & non insonuerit tuba, ergo multo magis si pueri Iudeorum damnentur propter defectum baptismi imputatur ad peccatum eis, qui potuerunt baptizare, & non baptizauerunt.

SED CONTRA est, quod nemini faciendâ est iniuria. Fieret autem Iudeis iniuria, si eorum filij baptizarentur eis inuitis, quia amitterent ius patriæ potestatis in filios iam fideles. ergo eis inuitis non sunt baptizandi.

RESPON. Dicendum, quod maxime habet auctoritatem Ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda: quia & ipsa doctrina catholicorum doctorum ab Ecclesiâ auctoritatem habet: vnde magis standum est auctoritati Ecclesiæ, quam auctoritati vel Augustini, vel Hieronymi, vel cuiuscunque doctoris. Hoc autem ecclesiæ usus non quam habuit, quod Iudeorum filij inuitis parentibus baptizarentur: quamuis fuerint retroactis temporibus multi Catholici Principes potentissimi, vt Constantinus, Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi Episcopi, vt Syluester Constantino, & Ambrosius Theodosio, qui nullo modo prætermisissent ab eis inpetrare, si hoc esset consonum rationi. Et ideo periculosum videtur hæc assertionem de nouo inducere, vt præter consuetudinem in ecclesiâ hæcenus obseruatam, Iudeorum filij inuitis parentibus baptizarentur. Et huius ratio est duplex. Vna quidem propter periculum fidei. Si enim pueri nondum usum rationis habentes, baptismum susceperint, postmodum cum ad perfectam ætate peruenirent, de facili possent a parentibus induci, vt relinquerent quod ignorantes susceperint. quod vergeret in fidei detrimentum. Alia uero ratio est, quia repugnat iustitiæ naturali. Filius.n. naturaliter est aliquid patris. Et primo quidem a parentibus non distinguitur secundum corpus, quam

A non ad soluendam, sed perficiendam legem nature absolute, & simpliciter: tamen in casu, quo habentes ius naturale, illo abutuntur, quia merentur priuari illo, statuit legem fidei habere locum ablatum ab abutentibus iure suo aduertant sic dicentes, quod hoc nihil aliud est, quam dicere, quod Deus statuit legem fidei seruandam non obstante lege nature, quæ cum lex nature secundum se non obstat fidei, quia verum uero non contrariatur, ad hoc solū dicitur non obstante lege nature propter casum, in quo obstat potest propter admittam abusionem. Idem est ergo dicere, quod statuit legem fidei implendam non obstante etiam lege nature absolute & in casu, quo propter admittam abusionem obstat. Et propterea si primum est falsum, secundum quoque est falsum. Vnde enasio hæc nulla est.

diu in matris utero continetur. Postmodum uero postquam ab utero egreditur, antequam usum liberi arbitrij habeat, continetur sub parētum cura, sicut sub quodam spiritali utero: quamdiu. n. usum rationis non habet puer, non differt ab animali irrationali. Vnde sicut bos, uel equus est aliquid, ut utatur eo cum uoluerit secundum ius ciuile, sicut proprio instrumento: ita de iure naturali est, quod filius, antequam habeat usum rationis, sit sub cura patris. Vnde contra iustitiam naturalem esset, si puer antequam habeat usum rationis, a curam parentum subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrij, iam incipit esse suus, & potest quantum ad ea quæ sunt iuris diuini, uel naturalis, sibi ipse prouidere. Et tunc est inducendus ad fidem non coactione, sed persuasione, & potest et inuitis parentibus, consentire fidei, & baptizari: non autem antequam habeat usum rationis. Vnde de pueris antiquorum patrum dicit, quod saluati sunt in fide parentum: per quod datur intelligi, quod ad parētes pertinet prouidere filijs de sua salute, præcipue antequam habeat usum rationis.

B Ad primū ergo dicendum, quod in uinculo matrimoniali uterque coniugum hēt usum liberi arbitrij, & uterque potest inuito altero fidei assentire: sed hoc non hēt locum in puero antequam habeat usum rationis: sed postquam hēt usum rationis, tunc tenet similitudo, si conuerti uoluerit.

AD SECUNDUM dicendum, quod a morte naturali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis, puta, si quis a suo iudice condemnatur ad mortem temporalem, nullus debet eum uiolenter eripere. Vnde ne aliquis debet rumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura patris, ut eum liberet a periculo mortis æternæ.

AD TERTIUM dicendum, quod Iudei sunt serui principum seruitute ciuili, que non excludit ordinem iuris naturalis, uel diuini.

AD QUARTUM dicendum, quod homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam cum cognoscere potest. Vnde puer antequam usum rationis habeat, naturali ordine ordi-

Ad rationem ergo Scoti dicitur, quod processus suus habet locum tunc solum, quoniam supremus dominus uult sibi obediri non obstante inferiori ordine, quod non est in proposito: quoniam Deus statuit utriusque ordinem nature scilicet, & fidei: & statuit ordinem fidei implendum ministrante sibi ordine nature. Et propterea illis tantum imputatur hoc peccatum qui secundum nature ordinem ad hoc tenentur. Et sic patet, quod exempla Scoti non sunt contra propositum: quia præsupponunt supremum dominum uelle impleri ius supremi ordinis, non obstante inferioris ordinis iure. Hoc enim etiam ipsa ratio Scoti

Et licet secundum sit malum, & in eo peccent mortaliter, & propter hoc non solum filijs, sed uita, & seipsum priuari possunt, ita quod possent iuste annihilari, primum tamen iustum est naturaliter. Et propterea Deus statuens ordinem gratiæ ad perfectionem ordinis nature, illud iustum naturale uolens non uult: quamuis ipsi abutentes, hoc mereantur.

Et confirmatur, quia in parentibus inuestitur concurrunt duo, scilicet ius naturale respectu filiorum curæ, & admittam infidelitas, qua nutriunt eos ad suum ritum. Et licet secundum sit malum, & in eo peccent mortaliter, & propter hoc non solum filijs, sed uita, & seipsum priuari possunt, ita quod possent iuste annihilari, primum tamen iustum est naturaliter. Et propterea Deus statuens ordinem gratiæ ad perfectionem ordinis nature, illud iustum naturale uolens non uult: quamuis ipsi abutentes, hoc mereantur.

Et confirmatur, quia in parentibus inuestitur concurrunt duo, scilicet ius naturale respectu filiorum curæ, & admittam infidelitas, qua nutriunt eos ad suum ritum. Et licet secundum sit malum, & in eo peccent mortaliter, & propter hoc non solum filijs, sed uita, & seipsum priuari possunt, ita quod possent iuste annihilari, primum tamen iustum est naturaliter. Et propterea Deus statuens ordinem gratiæ ad perfectionem ordinis nature, illud iustum naturale uolens non uult: quamuis ipsi abutentes, hoc mereantur.

Et confirmatur, quia in parentibus inuestitur concurrunt duo, scilicet ius naturale respectu filiorum curæ, & admittam infidelitas, qua nutriunt eos ad suum ritum. Et licet secundum sit malum, & in eo peccent mortaliter, & propter hoc non solum filijs, sed uita, & seipsum priuari possunt, ita quod possent iuste annihilari, primum tamen iustum est naturaliter. Et propterea Deus statuens ordinem gratiæ ad perfectionem ordinis nature, illud iustum naturale uolens non uult: quamuis ipsi abutentes, hoc mereantur.

Et confirmatur, quia in parentibus inuestitur concurrunt duo, scilicet ius naturale respectu filiorum curæ, & admittam infidelitas, qua nutriunt eos ad suum ritum. Et licet secundum sit malum, & in eo peccent mortaliter, & propter hoc non solum filijs, sed uita, & seipsum priuari possunt, ita quod possent iuste annihilari, primum tamen iustum est naturaliter. Et propterea Deus statuens ordinem gratiæ ad perfectionem ordinis nature, illud iustum naturale uolens non uult: quamuis ipsi abutentes, hoc mereantur.

ti supponit, & propterea non concludit. Hac autem esse de mente auctoris, qui recte considerat: verba literae, & responsiones ad argumenta, percipere potest. Propterea namque tam paucis argumentis satisfecisse se vidit: quia medium naturale, quo puer reducendus est in Deum, assignavit. Et haec de primo.

¶ Quod ad secundum, tota difficultas consistit, in hoc, quia filii seruatorum possunt iuste eis auferri. Ablatis autem iuste a cura parentum, iam nulli se iniuria, si Iesu Christo per baptismum consecrentur. Ad veritatem autem evidentiam distinguendum est inter id quod pronuntiat ex ieruitate directe, & per se, & id quod pronuntiat ex ea per accidens, seu ex consequenti. Cum enim seruius, qua homini homo seruus est, civilis sit, ad ea tantum, quae civilis ordinis sunt per se, & directe, se extendit, ut effectus causis proportionalibus sint. Propter quod licitum est seruis comedere, colere Deum, & alia, quae sunt iuris naturae & diuini, iniuris dominis exercere.

Ex consequenti autem, seu per accidens, quemadmodum extenditur ad ea, quae naturalis iuris sunt: ita ad ea, quae diuini sunt iuris. Constat autem, quod dominus potest vendere paruulos seruatorum suorum in seruos: & per hoc consequenti subtrahere eos cura parentum, quae est de iure naturae. Parijmo maiori ratione, potest eos dare alicui Christiano, ut consecrentur Creatori suo: & per hoc iniuris parentibus ea quae sunt diuini iuris, in pueros exercere. Et haec est veritas. Et propter haec duo auctor duabus viis in littera processit. Ex eo enim quod per se, & directe seruius ad civilia se extendit, dicitur, quod filij Iudaeorum, quos asseruit esse seruos Ecclesiae, non sunt iniuris parentibus baptizandi: & bene. Ex eo vero quod ex consequenti, seu per accidens post iustam subtractionem a parentibus hoc potest esse licitum, vbi est loco ab auctoritate negatiue, scilicet quod Ecclesia non consuevit: quia Syluester, & Ambrosius non quaesierunt: super qua tamen Ecclesiae consuetudine fundat doctrinam suam, reddendo illius rationem.

¶ Ad cuius pleniorum intellectum scito, quod vti hac via, ut scilicet ex consequenti pueri infidelium seruatorum baptizentur iniuris parentibus, contingit bene, & male. Bene quidem, si omnia consonant recte rationi: male autem, si aliquid dissonans conuenit. Et quia, ut in pluribus conueniunt multa dissona recte rationi, ideo Ecclesia non constituit hoc facere: ideo in littera determinatur tam de pueris Iudaeorum, quam aliorum infidelium simul vno contextu, quod non sunt iniuris parentibus baptizandi. Doctrina namque moralis secundum id, quod vti plurimum conuenit, tradenda est. Interueniunt autem ad minus duo dissonantia. Primum est periculum fidei in ipsis paruulis, cum fuerint adulti, quod non euitatur ex subtractione eorum a cura parentum: quia cum adulti fuerint, & parentes suos in alia fide conpexerint, naturalis amor ad parentes inuitabit, & aut verita conuersatio magis sollicitabit: aut permissa conuersatio facilem viam peruersioni dabit. Secundum est infamia fidei, quasi non sit a Deo, qui corda hominum regit, ut compellere velit Ecclesia hoc modo ad fidem: cum tamen oporteat sanctos ab his, qui foris sunt, testimonium habere. Vnde dicentes, quod pueri Iudaeorum possunt iniuris parentibus baptizari adhibitis cautelis, dupliciter de-

natur in Deum per rationem parentum, quorum cura naturaliter inhiacet, & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

AD QUINTVM dicendum, quod periculum, quod sequitur de predicatione omnia, non imminet nisi eis, quibus commissum est officium predicandi. Vnde in Ezech. praemittitur: Speculatorem dedit filiis Israel. Prouidere autem pueris infidelium de sacramentis salutis, pertinet ad parentes eorum. Vnde eis imminet periculum, si propter subtractionem sacramentorum, eorum paruuli detrimentum salutis patiantur.

QVAESTIO XI.

De Haresi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de haresi.

CIRCA quam quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum haresis sit infidelitatis species.

¶ Secundo, De materia eius, circa quam est.

¶ Tertio, Vtrum haeretici sint tollerandi.

¶ Quarto, Vtrum reueretes sint recipiendi.

ficere videtur. Primo in hoc, quod cautelas etiam in Ecclesia non dicunt, sed paruulorum tantum, secundum cautelas, quae vti plurimum apponuntur: ut scilicet in contrarium faciunt: cum tamen oppositum esse doctrinam quod communititer non licet, sed quandoque videtur.

ARTICVLVS I.

Vtrum haresis sit infidelitatis species.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod haresis non sit infidelitatis species. Infidelitas, n. in intellectu est, ut supra dictum est: sed haresis non videtur ad intellectum pertinere, sed magis ad uim appetitiuam. Dicitur. Hieron. & habetur in Decret. 24. q. 3. Haresis graecae ab electione dicitur, scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem: electio autem est actus appetitiua uirtutis, ut supra dictum est. ergo haresis non est infidelitatis species.

¶ 2. Praet. Vitium precipue accipit speciem a fine. Vnde Philosoph. dicit in 5. Ethic. * quod ille, qui moechatur, ut furetur, magis est fur, quam moechus: sed finis haresis est commodum temporale, & maxime principatus, & gloria, quod pertinet ad uitium superbiae, vel cupiditatis: dicitur. Aug. in lib. 7. de uilitate credendi, quod haereticus est, alicuius temporalis commodi, & maxime gloriae, principatusque sui gratia falsas, ac nouas opiniones vel gignit, uel sequitur. ergo haresis non est species infidelitatis, sed magis superbiae.

qua res eius, & sicut animal irrationale. Et quod facit eis inimicum disponendo de eis. & contra alios plus est, cum parentes infideles liberos conuincunt: tunc ad impediendum fidem Christianam in illis tradita in artic. 8. de bellarijs sunt propter hoc aduerte Nouitae, quod pueri infidelium, qui non deseruntur, & venduntur Christianis, quantum ad iustam ablationem eorundem a cura parentum: quantum ad renuntium cura, conuersatione, & cognitione eorum humanum curam sunt absque parentibus colenda: Ecclesia conuenit eos baptizare.

Super Quaestione undecima. Articulus primus.

IN ART. q. 1. dubium occurrit. Notandum est, quod haresis constituitur per hoc, quod aliquis in his, quae sunt de fide, aliquid contra naturam contingit Christiani recedere enim a doctrina nec ipsam, nec Deum credere. Talis est haresis, ut supponit Christum, ergo male in littera dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, quod assensum Christo, contra naturam actus mentis, vel professionis characteris dicitur, licet sepe concurrere videatur primum, non tamen ne eius, sed sufficit secundum, scilicet quod characteris primum suscepto Christum profiteatur. Sic etiam contingit apostatiae, ut inferius pate in questione, de apostat. ¶ In eodem articulo aduerte, quod haresis est in intellectu absolute, sed in eo vti motu a voluntate dicitur heretica, sed solum vti denominatur ab aduersariis.

Cum enim vna & eadem propositio, puta. Nonnulli dicuntur infidelitatis species possit per se esse heretica, sed illarum secundum se sibi videtur. Dicitur heretica, a Iudaeo peritida, a Pagano gentili.